UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Humilitatis causae multae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

in diebus eius. Paralip. 12. Quia hu- 2,Pa,12
miliati ſunt auerſa eſt ab eis ira domi
ni, &c. Vnde P. Auguſtinus. Humili- Auguſ.
tas cuſtodit in omni temptatione. Sex
ti eſt, quia in futuro glorificat. Iob. Iob, 22
22. Qui humiliatus fuerit erit in glo
ria Prou. Humilem ſpiritu ſuſcipiet Pro. 19
gloria. Matt. Beati pauperes ſpiritu Matt. 5
quoniam ipſorum eſt regnum cælo-
rum. Pauperes ſpiritu ſunt humiles
corde. Ber. Quid humilitate ditius? Bern.
quid prætioſius inuenitur, qua nimi-
rum regnum cælorum emitur, & gra-
tia diuina acquiritur. Cuius natura
eſt ſemper alta petere, ſicut ſuperbiæ
ad ima ruere.

Humilitatis cauſæ multæ.

MVltas cauſas humilitatis inuenire poſſumus, ſi diligenter attendamus ea quæ ſunt infra nos, in nobis, iuxta nos, et ſupra nos. Infra nos eſt terra, in qua tres cauſas humilitatis inuenimus. Prima eſt, ſi attendimus, quia in eam rouerſuri ſumus, prout nobis dicitur. Terra es & in terram reuerteris. Gen. 3. Secunda, quando terram aſpicimus. Poſſumus cognoſcere ſepulcrum, et cimiterium noſtrum eſſe. Vnde quidam

ſapiens. Tali nanque domo, claudit**ur** omnis homo. Tertia eſt, ſub pedibus noſtris, quandoque futura eſt ſuper caput noſtrum. In nobis etiam tres cauſas humilitatis inuenimus, ſilicet ſi attendamus originem, ſtatum, et finem noſtrum. De his tribus dicit
Bern. Ber. Vide unde ueneris, & erubeſce. Vbi es, & ingemiſce, quo uadis, & contremiſce. Iuxta nos eſt proximus. Si attendimus multos de fratribus noſtris eſſe leproſos, cæcos, claudos, & mendicos, & diuerſis miſeriis affectos, multas cauſas inueniemus. Vide
Iob. 5. de Iob. 5. Viſitans ſpetiem tuam, non peccabis. Supra nos eſt Deus. In quo ſi attendamus tres etiam cauſas humilitatis inueniemus, ſilicet, attendendo eius humilitatem. Humiliauit euim ſe formam ſerui accipiens,
Bern. ſicut dicit Apoſt. Et Bernardus. Quid magis admirandum, quid amplius terrendum, quid grauius puniendum, quàm quod uides filiũ Dei ſummum in regno cęlorum, et angelorum, nouiſſimũ factum in regno hominũ, ponat ſe homo magnificare ſuper ter-
P ſal. 23 rã? Potentiã, quia cum ſit fortis, & potens, non eſt dedignatus lauare pedes
Bern. diſcipulorum. Vnde Bernardus admirans ait. O inextimabilis bonitas, noua et inaudita humilitas. Christ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de filiis, de pura et intemerata Virgi
ne natus, rex regum, et Dominus do
minantium ſurgit a cena, ueſtimenta
deponit, ſe linteo cingit, aquam in pel
uim mittit, ante diſcipulos reueren-
da genua flectit, humilis, et pro cli-
uis pedes diſcipulorum lauit, qui de
nihilo cuncta creauit, & ſapientiam
quam ſi attendamus, magnam humili
tatis cauſam inuenire poſſumus. Cum Pſa. 146
enim eſſet ſapiens in tantum quod ſa-
pientiæ eius non eſt numerus, noluit
tamen nos docere, quomodo cælos
fecit, & aſtra, ſed illud euangelicum.
Diſcite à me quia mitis ſum, & humi- Mat. 11
lis corde. Et ideo ſi uolumus perueni
re ad celſitudinem Dei, oportet prius
habere humilitatem. Vnde Pater Au- Auguſ.
guſtinus ait. Ambula per Chriſti hu-
militatem, ut peruenias ad æternita-
tem, &c.

Humilitatis ſigna ſunt ſeptem.

PRimum eſt, amor humilium per
ſonarum. Eccleſiaſticus. Omne Ecc. 13
animal diligit ſimile ſibi. Secun
dum eſt amor propriæ uilitatis, ſicut
legitur de Dauide. Ludam (inquit) et 2. Re. 6